

## VIII. Světská lyrika

Ze světské poezie vybírám ukázky ze sbírky *Carmina Burana* (Písně z Benediktbeuern). Jedná se o největší sbírku středolatinšské žakovské poezie. Byla pojmenována podle bavorského kláštera, v němž byla zapsána na konci 13. st. Většina skladeb však pochází již ze století předchozího. Autory některých skladeb této sbírky jsou Archipoeta, Hugo z Orléansu (Hugo Aurelianensis), Gualter Castellionský (Gualterus ab Insulis), Petr z Blois (Petrus Blaesensis) nebo Phillipus Cancellarius.<sup>43</sup> Většina skladeb je zde však anonymních, nelze je ani časově zařadit. Tematicky se jedná o skladby „reflexivního, milostného, hráčského, pijáckého a satirického obsahu“, jsou zde však např. i duchovní hry.<sup>44</sup> Skladby jsou v různých metrických a rytmičských útvarech.<sup>45</sup>

---

43 VIDMANOVÁ, A. *Carmina Burana*. In SLS, s. 162.

44 NECHUTOVÁ, J. *Středověká latina*, s. 113.

45 VIDMANOVÁ, A. *Carmina Burana*. In SLS, s. 162.

## ***Carmina Burana***

### **In terra sumus...**

*Skladba moralisticko-satirická*

In terra summus rex est hoc tempore Nummus.  
 Nummum mirantur reges et ei famulantur.  
 Nummo venalis favet ordo pontificalis (...)  
 Erigit ad plenum de stercore Nummus egenum.  
 Omnia Nummus emit venditque, dat et data demit.  
 Nummus adulatur, Nummus post blanda minatur.  
 Nummus mentitur, Nummus verax reperitur.  
 Nummus periuros miseros facit et perituros.  
 Nummus avarorum deus est et spes cupidorum.  
 Nummus in errorem mulierum ducit amorem.  
 Nummus venales dominas facit imperiales.  
 Nummus raptores facit ipsos nobiliores.  
 Nummus habet plures quam celum sidera fures.  
 Si Nummus placitat, cito cuncta pericula vitat.  
 Si Nummus vicit, dominus cum iudice dicit:  
 "Nummus ludebat, agnum niveum capiebat."  
 Nummus, rex magnus, dixit: „Niger est meus agnus“.  
 Nummus fautores habet astantes seniores.  
 Si Nummus loquitur, pauper tacet; hoc bene scitur.  
 Nummus merores reprimat relevatque labores.  
 Nummus corda necat sapientum, lumina cecat.  
 Nummus, ut est certum, stultum docet esse disertum.  
 Nummus habet medicos, fictos acquirit amicos.  
 In Nummi mensa sunt splendida fercula densa.  
 Nummus laudatos pisces comedit piperatos.  
 Francorum vinum Nummus bibit atque marinum.  
 Nummus famosas vestes gerit et pretiosas.  
 Nummo splendorem dant vestes exteriorem.  
 Nummus eos gestat lapides, quos India prestat.  
 Nummus dulce putat, quod eum gens tota salutat.  
 Nummus et invadit et que vult oppida tradit.

Nummus adoratur, quia virtutes operatur:  
 Hic egros sanat, secat, urit et aspera planat,  
 Vile facit carum, quod dulce est, reddit amarum  
 Et facit audire surdum claudumque salire.  
 De Nummo quedam maiora prioribus edam:  
 Vidi cantantem Nummum, missam celebrantem;  
 Nummus cantabat, Nummus responsa parabat;  
 Vidi, quod flebat, dum sermonem faciebat,  
 Et subridebat, populum quia decipiebat.  
 Nullus honoratur sine Nummo, nullus amatur.  
 Quem genus infamat, Nummus: „Probus est homo!“ clamat.  
 Ecce patet cuique, quod Nummus regnat ubique.  
 Sed quia consumi poterit cito gloria Nummi,  
 Ex hac esse schola non vult Sapientia sola.

(*Carmina Burana*, I/1. Ed. A. Hilka, O. Schumann. Heidelberg: Carl Winter Universitätsverlag, 1978, 11, s. 15–16. ISBN 3-533-00780-4.)

### *Slovní zásoba*

famulor, ari, atus sum – sloužit  
 venalis, e – prodejný  
 egenus, a, um – nuzný  
 stercus, oris, n. – hnůj  
 demo, ere, dempsi, demptum – odnímat, brát  
 adulator, ari, atus sum – pochlebovat, lichotit  
 blandum, i, n. – pohlazení  
 verax, veracis – pravdivý, pravdomluvný  
 raptor, oris, m. – zloděj  
 agnus, i, m. – beránek  
 fautor, oris, m. – ochránce, pomocník, příznivec  
 meror = moeror, oris, m. – zármutek  
 ceco = caeco, are, avi, atum – zaslepit  
 disertus, a, um – pádný, přesvědčivý  
 acquiro, ere, quievi, quiteum – získávat  
 ferculum, i, n. – mísa  
 piscis, is, m. – ryba  
 piperatus, a, um – opeřený, ostrý

comedo, ere, edi, esum – sníst  
 eger, gra, um = aeger, gra, um  
 uro, ere, ussi, ustum – trápí  
 plano, are, avi, atum – narovnávat  
 surdus, a, um – hluchý  
 claudus, a, um – chromý, kulhavý  
 salio, ire, ui/ii, itum – skákat  
 missa, ae, f. – mše

### Alte clamat Epicurus...

*O pití a hrách*

1.

Alte clamat Epicurus:  
 „venter satur est securus.  
 venter deus meus erit.  
 talem deum gula querit,  
 cuius templum est coquina,  
 in qua redolent divina.“

3.

Cutis eius semper plena  
 velut uter et lagena;  
 iungit prandium cum cena,  
 unde pinguis rubet gena,  
 et, si quando surgit vena,  
 fortior est quam catena.

5.

Venter inquit: „nichil curo  
 preter me. sic me procuro,  
 ut in pace in id ipsum  
 molliter gerens me ipsum  
 super potum, super escam  
 dormiam et requiescam.“

2.

Ecce deus opportunus,  
 nullo tempore ieunus,  
 ante cibum matutinum  
 ebrius eructat vinum,  
 cuius mensa et cratera  
 sunt beatitudo vera.

4.

Sic religionis cultus  
 in ventre movet tumultus,  
 rugit venter in agone,  
 vinum pugnat cum medone;  
 vita felix otiosa,  
 circa ventrem operosa.

(*Carmina Burana*. München: Deutscher Taschenbuch Verlag, 1995, 219, s. 622–624. ISBN 3-423-02063-6. Obsahuje edici A. Hilky a O. Schumanna.)

*Slovní zásoba*

venter, tris, m. – břicho (žaludek)  
satur, a, um – sytý, nasycený  
coquina, ae, f. – kuchyně  
redoleo, ere, ui, — – vonět  
ebrius, a, um – opilý  
eructo, are, avi, atum – říhat  
cutis, is, f. – kůže  
uter, utris, m. – (kožený) měch (na tekutiny)  
lagma (lagoena, lagona), ae, f. – láhev  
gena, ae, f. – tvář  
rugio, ire, ivi, — – řvát

**Tempus hoc leticie...**

*O hrách*

1.

Tempus hoc letitie,  
dies festus hodie!  
omnes debent psallere  
et cantilenas promere  
et affectu pectoris  
et toto gestu corporis  
et scolares maxime,  
qui festa colunt optime.

2.

Stilus nam et tabule  
sunt feriales epule  
et Nasonis carmina  
vel aliorum pagina.  
quicquid agant alii, iuvenes amemus  
et cum turba plurium ludum celebremus.

(*Carmina Burana*, I/3. Ed. O. Schumann, B. Bischoff. Heidelberg: Carl Winter Universitätsverlag, 1970, s. 68.)

*Slovní zásoba*

scholaris (scolaris), is, m. – žák, scholár

stilus, i, m. – pisátko

Naso, onis, m. = P. Ovidius Naso

pagina, ae, f. – strana, kniha

**Lingua mendax...***O ženách*

1.

Lingua mendax et dolosa,  
lingua procax, venenosa,  
lingua digna detruncari  
et in igne concremari,

3.

Sciat deus, sciant dei:  
non sum reus huius rei!  
sciant dei, sciat deus:  
huius rei non sum reus!

5.

Iuro Phebum, iuro Martem,  
qui amoris sciant artem;  
iuro quoque te, Cupido,  
arcum cuius reformido;

7.

Volo fedus observare!  
et ad hec dicemus, quare:  
inter choros puellarum  
nichil vidi tam preclarum.

9.

Frons et gula, labra, mentum  
dant amoris alimentum;  
crines eius adamavi,  
quoniam fuere flavi.

2.

Que me dicit deceptorem  
et non fidum amatorem,  
quam amabam, dimisisse  
et ad alteram transisse!

4.

Unde iuro Musas novem,  
quod et maius est, per Iovem,  
qui pro Dane sumpsit auri,  
in Europa formam tauri;

6.

Arcum iuro cum sagittis,  
quas frequenter in me mittis:  
sine fraude, sine dolo  
fedus hoc servare volo!

8.

Inter quas appares ita  
ut in auro margarita.  
humeri, pectus et venter  
sunt formata tam decenter;

10.

Ergo dum nox erit dies,  
et dum labor erit quies,  
et dum aqua erit ignis,  
et dum silva sine lignis,

11.

Et dum mare sine velis,  
et dum Parthus sine telis,  
cara michi semper eris:  
nisi fallar, non falleris!

(*Carmina Burana*, 1/2. Ed. O. Schumann. Heidelberg: Carl Winter Universitätsverlag, 1971, 117, s. 192–193. ISBN 3-533-00781-2.)

*Slovní zásoba*

procax, acis – drzý

detrunco, are, avi, atum – uříznout

Dane = Danae, es, f.

taurus, i, m. – býk

Phebus = Phoebus, i, m.

arcus, us, m. – luk

reformido, are, avi, — – obávat se

fraus, fraudis, f. – podvod, lest

fedus = foedus, eris, n. – smlouva, úmluva

margarita, ae, f. – perla

humerus (umerus), i, m. – rameno

frons, ontis, f. – čelo

crinis, is, m. – vlas

velum, i, n. – plachta